



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Sathanas cuilibet morienti adest. tit. 257

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

372 SUMMA DOCTR. CHRIST.

veniret dies nouissimus, & Christi aduentus, tunc
tempore omnes fideles seduceretur per hereticos &
tyrannos, ita q̄ non salua fieret omnis caro, &c. sed
propter electos abbreviabitur dies, id est, hereticorum
& tyrannorum, vt tamen saltem aliqui saluentur.

Tertiò, quare Deus hoc permittet, cùm benè pos-
sit omnes hereticos & tyrannos in momento occi-
dere? Respondeo, propter peccata nostra hoc sit, nō
viimus qualiter deberemus, nomine Christiani, vita
hereticorum & Tyrannorum: & quoniam Turc⁹ esse volumus
& Tyranni: ideò dat Deus illis tyrannis potestatem
supra nos. Sic dixit Moyses populo Deuter. 31. Ego in
æmulationem adducam nouam gentem, Esa. 6. Tota
die expandi manus meas ad populum non credentem,
sed contradicentem mihi, Rom. 10. & sic euerſa iacet
Ecclesia, quia deberemus esse Christiani, & non fu-
mus: &c. Fideles & deuoti, &c. & non sumus: sunt
quoq; alia peccata: Permittit ergo Deus, quod effici-
imur gentiles & hereticorum, &c.

SATHANAS CUILIBET
morienti adest.

TITVLVS CCLVII.

Rimò, dicit glossa supra Tobiam, quod
Domino in cruce passo, diabolus, quo
procurante crucifixus est, aduenit que-
rens, si quid peccati inueniret, & Grego-
rius sentit, homil. 39. dicens: Ad Deum
carne moriente, venit, & in illo aliquid quæsivit, in
quo nihil inueniri potuit, sicut Christus testatur loi.
14. Venit princeps mundi huius, id est, princeps pecca-
torum in hoc mundo, & in me non habet quicquam.
Si ergo ad Christum in morte crucis, venit, & agget,
fus est, quomodo non aggrediatur etiam moriente?
sed haec nostra consolatio, quod fides nostra in Chi-
stum nos liberat, ne aliquid reperiatur quod damnet;

sicut Ioan. 19. consolatur: confidite, inquit, quoniam
ego vici mundum, & iam princeps huius mundi iudi-
catus est, &c.

Secundò, licet nihil reperit sathanas in Christo,
attamen non cessat tentare Christum per Iudeos in
truce, Mat. 27 loquitur per Iudeos, descendere de eru-
ce. At Christus noluit descendere. Hanc tentationem
catholici etiā à sectarijs patiuntur in morte: veniunt
ad lectum iam falsi prophete, iam amici, consanguini-
nei, propinqui, & dicunt: Descende, id est, accepta ver-
bum Dei, communica sub vtraq; specie, relinque &
descende à papistis, & saluaberis: alioqui eternaliter
eris damnatus. & morientes, qui ex magna infirmi-
tate non plenè discernere possunt, aliquid conser-
vunt verbo & signo, & tunc semimortui communi-
cant, latentur, quoniam fecerunt Christum de cruce
descendere, & sic in ultimo articulo mortis suadent
relinquere catholicam unitatem. Sed nemo hic con-
sentire debet, sed cum Christo constanter manere in
fide & unitate catholica. Si enim Christus descen-
disset de cruce, quomodo salus nostra fuisset secura?
Sic tu ne credas illis tentatoribus. Sathanas enim fa-
cit per illos suos venatores & solicitatores.

Tertiò, non igitur cures eos, etiamsi plura promit-
tunt, te honorifice sepelire, filijs tuis prouidere, &c.
sed in manus Dei commendes Spiritum tuum, &cæ.
sicut Christus fecit. Deus enim benè ordinabit se-
pulturam tuam, & prouidebit filijs tuis. Sic etiam
Iudei putabant Christum derelinquere in humilita-
te, aut saltem in loco dedecoroso eum sepelire, sed
DEVS ordinavit sepulchrum eius gloriosum, sicut
Propheta Esaias prædictus. Sic Deus omnes martyres
ordinavit, ut sepelirentur, &c.

Hoc semper fuit proprium hæreticis, quod simili-
tes deterruerint, & ad suam sectam allexerint, quia
alioqui nollent eis dare Sacramentum, nec etiam se-
pelire.

O O o

pelire.

pelire. Sic fecerunt Arriani hæretici catholicis, ut scribit Eusebius, sed hæc neminem mouant. Num pluris est Catholica vnitas & salubrior, quam corporalis comedio Eucharistiae. Adsit fides Sacramenti, credens Christum pro te corpus & sanguinem suum dedisse, Matthæi 26. & quia Dominus est Deus totius terræ, ubique nouit suos in fide & catholica vnitate sepultos: nec locus sanctificat, aut aliquid facit ad salutem, proiecerunt corpora martyrum in cloacas, & in stabulis sepeliuntur, quæ tamen postea cum gloria sunt eleuata, &c.

QUOMODO IN NOUSSI

*mis temporibus honor tolletur à
sacerdotibus.*

TITVLVS CCLVIII.



Rimò tempore Antichristi, id est, hæc sum in annis nouissimis, quando fides & obediëtia Romana pericitatur, & etiam honor tolletur à sacerdotibus, scilicet Angelus Domini sancto Episcopo Methodio in carcere reuelauit, & inquit: Tales ministri erunt illis diebus, qui attendent spiritibus erores, id est, doctrinis, 1. Tim. 4. & illi erunt in magno precio apud populum, quicquid enim imperabant, de facili perficient. Sed timentes Dominum sacerdotes, in nullo erunt precio: omnia quæ facient, mala reputabunrur, & in conspectu oculorum erunt in viluperatione, sicut stercora pedibus conculcata, & colletur omnis honor à sacerdotibus. Secundò, supplicetur ministerium Dei: nemo curabit illorū servitum, cultum, orationem. Tertiò, & quiescet omnes sacrificiū vespertinum, matutinum, horarum canoncarum & altarium in Ecclesijs. Quartò, & erunt sacerdotes sicut & populus in eodem tempore. Hierusticus celebrabit Missam & sacerdos tenebit aranum. Monachus & Leuita agent equos.

Secun-